

Castaldus, seu Bajulus, seu Persona aliqua liceat predictam Ecclesiam molestari in aliquo, nec ab ea aliquod auferrī, sed liceat Monachis, vel Abbati, qui pro tempore ad regimen ipsius Ecclesie fuerint instituti ipsas terras quiete, libere, & absolute in perpetuum habere, & possidere, & eas laborare, & dare ad laborandum cui voluerint. Item damus, & concedimus tibi Johanni modo ordinati Abbati, & suis successoribus, ut liceat vobis in ipsius terris Casalia, seu Villas edificari, & homines ibidem amantiare, vineas plantare, nec non etiam quidquam ad utilitatem predictae Ecclesie de predictis terris facere volueritis plenam, & integram habeatis potestatem faciendi quicquid volueritis sine contrarietate, & molestia persone alicujus, & requisitioni. Que terre his finibus terminantur. In primis incipiunt in locum, qui dicitur Quartules in via Orbitella, & veniant per ipsam viam usque in stratam publicam, & per ipsam stratam publicam descendit usque ad Gypsum, & per ipsum Gypsum vadit ad limitem usque in via, & per ipsam viam descendit in Vallone Pauli, & per ipsum Vallonem Pauli descendit in aliam viam, quae venit ad S. Giuliano, in loco ubi dicitur de Marramulge, & per ipsam viam de Marramulge pervenit usque in Vallone de Zitella, & per ipsum Vallonem de Zitella descendit usque in Via Laureti, & per ipsam Viam Laureti pervenit usque in Voraginem, & per ipsam Voraginem usque juxta Terram Casalis descendit, & descendendo per Voraginem usque ad aliam viam Laureti, qua dicitur de Ara Savilla, & descendendo per ipsam Valleccliam pervenit in Collem, & per ipsum Collem descendit in Vallone de Pignatariis, & per ipsum Vallonem de Pignatariis descendit ad alium Vallonem a Laureto, & per ipsum Vallone Laureti descendit usque in flumen Fortoris, & per ipsum flumen Fortoris descendit usque in illo loco, vel Vallone de Rigo Vivo intrat in predictum flumen Fortoris, & per ipsum Vallonem de Rigo Vivo salienti pervenit in prima fine in locum qui dicitur Quartulis. Quas possessiones cum omnibus infra se habentem, & cum viis, & auditis suis, cum Sylvis, Terris cultis, & incultis, cum erbis, & aquis, & cum omnibus pertinentiis suis, & cum omnia infra se habentem sicut superius dictum est france, ac quiete, & libere, & absolute, & retenta aliqua non reservata prenominata Ecclesia S. Helenæ, quam construeri jussimus prope stratam publicam infra Comitatum predictum de Pantasia sicut superius declaratum est perpetuo concedimus, damus, tradimus, & assignamus ad habendum, & possidendum, quas videlicet terras prenominato Johanni modo ordinati Abbati ejusdem Ecclesie S. Helenæ ejusque successoribus ad habendum, & possidendum perpetui cum supraddicta franchitia, & libertate, & cum omnibus infra se habentibus perpetuo juri, & firma stabilitate in presentia Retonis, & Plautonis Comititis Jordani, & Pandolphi Nepotis nostri, & Arne, & Leonis Cappellani nostri, & aliorum nostrorum fidelium. Si quis hanc nostram donationem, & offerionem quolibet modo irritam facere presumpserit, vel violator extiterit sciant si sibi prenominato Johanni Abbati, & suis successoribus composituri auri optimi libras decem, & hac cuncta, quae scribere jussimus firma stabilitate permaneat. Ut autem hæc nostra concessio, & donatio ab omnibus inviolabiliter observetur manu propria sub eodem scripsimus, & annulis nostris jussimus sigillari. Madelfrid. vero, & Notarius, atque Scriba ejus jussione supraddictæ potestatis scripsit. Actu Kal. Maji in anno decimo

ter-

T
Ma
 ter
tus
ner
dol

fo
nall
prej
Reli
fule
he a
tu il
edific
in qu
eone
di S.
trovi
Signe
e por
gio T
cio:
ritori
te di
circa
e S.
e Gr
verfo
4
dona
nulli
lesti
si qu
sump
suis
stald
Cast
5
Pal
lib.
tro
Gi
no
4
ti